

ANAGYRIS foetida *).

A. foliolis lanceolatis acutis.

Anagyris foetida. *Sp. pl. ed. W. 2. p. 507.*Habitat in montibus Hispaniae, Italiae, Siciliae. \dagger . F.

500. CERCIS.

Cal. 5 - dentatus inferne gibbus. Cor. papilionacea, vexillo sub alis brevi. Legumen polyspermum.

1. CERCIS Siliquastrum.

C. foliis orbiculatis cordatis. *Sp. pl. ed. W. 2. p. 507.*Habitat in Italia, Hispania, Narbone, Oriente. \dagger . D.

Sponte nascentem vidi ad radices montis Baldi.

2. CERCIS canadensis.

C. foliis cordatis acuminatis. *Sp. pl. ed. W. 2. p. 508.*Habitat in Pennsylvania, Virginia, Carolina. \dagger . D.

501. BACTYRILOBIUM **).

Cal. 5 - phyllus. Petala 5. Antherae supremae 3 steriles, inferae 3 rostratae. Lomentum corticosum polyspermum non debiscens pulpa repletum.

*) Altera species est:

ANAGYRIS latifolia.

A. foliolis ellipticis obtusis.

Anagyris latifolia. *Broussonet.*Habitat in Teneriffa. \dagger .

Foliola triplo fere longiora et latiora apice rotundata. Legumen lineare arcuatum obtusum cum mucrone, nec ut in vulgari specie lanceolatum rectum acutum.

**) Genus a Cassia fructus structura distinctissimum, qui est lomentum pulpa repletum. Lomento duplex est conditio, nempe, vel, ut in hoc genere, de quo tantum tres species notae sunt, cortice duro non dehiscente est obductum, vel in articulos secedit. Character primarius est, quod interne septis transversis sit interstinctum et longitudinaliter nunquam dehiscat et quando dehiscencia observetur, articuli seorsim sejungantur. In Cassiis e contra, est verum legumen, quod interdum septis transversalibus, ob impressionem seminum videtur instructum, tamen non est, atque semper notam characteristicam dehiscenciam puta longitudinalem habet. De lomento fusius locutus sum. *Mag. d. Gesells. naturf. Fr. zu Berl.* 1808. p. 174.